


**Rector Et Senatvs Academiae Rostochiensis, Lectvr̄is Et Civibvs Svis S. Et O.**

[S.], [1756]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791264890>

Druck Freier  Zugang



Leges etc  
Academiae Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~  
~~Rostock, Sign.~~ RIA 4

RIA 4

N. l. — 47. <sup>1-69.</sup>

53

RECTOR

ET

SENATUS

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,

LECTURIS

ET

CIVIBVS SVIS

S. ET O.





Ex vicina nobis ALMA ACADEMIA GRYPHICA non ita pridem ad nos transmissae sunt humanitatis plenae litterae, quibus PROCERES illius celeberrimi nobisque amicissimi significarunt, instruere se ad D. XVII. mensis Octobris solennia, natali Academiae saeculari tertio sacra, augustiora, eaque auspiciis MAGNIFICENTISSIMI RECTORIS, SERENISSIMI DVCIS AC DOMINI, ADOLPHI FRIDERICI, DVCIS REGENTIS MELLEBURGICI STRELIZENSIS, rel. peragenda. Vehementer nos ista Vniuersitatis inclytæ felicitate laetati sumus, vt, quae variis licet iactata olim procellis vicibusque rerum, perstitit tamen et conseruata est clementer humanarum diuinarumque scientiarum habitatio, immo aucta et splendore maiori illustrata, ita, ut vel ipsius exemplo constet, quam prouida sit potensque NUMINIS erga litteras earumque doctores, cura sollicitudoque. Quam bonarum artium felicitatem, quo quisquam prudentior est, et in salutem humani generis propensior, eo magis vniuerso gratulabitur orbi, perpetuitasque vt litterarum studiis praestetur, optabit, atque illustribus sapientiae et bonae mentis officinis bene precabitur.

Est is praesentis scriptionis scopus, vt CIVES ACADEMIAE NOSTRAE O. O. H. ad illud pietatis officium excitemus, eosdemque vrgeamus, vt hoc praesertim, quando horribili tumultu Europa pene vniuersa fremit, tempore, litterarum incolumitatem ardentissimis ab omnis sapientiae autore efflagitent precibus; vt blandis Musarum domiciliis otium yoveant securitatemque; vt illustri GRYPHICAE ACADEMIAE praecipue auspiciatissimam saecularis memoriae diem quam felicissime laetissimeque euenire optent, Neque his nostris publi-

publicis admonitionibus defuturum quenquam iudicamus, qui  
grauissimam SERENISSIMI ADOLPHI FRIDERICI  
hoc de negotio voluntatem intellexerit. En, publicas eandem  
exprimentes tabulas legendas hic exhibemus, quae ita fluunt :

DEI GRATIA

ADOLPHVS FRIDERICVS,

S. R. I. PRINCEPS,

DVX REGNANS MEGALOPOLIS,  
PRINCEPS VANDALORVM, SVERINI AC RACEBVRGI,  
COMES ITEM SVERINI, TERRARVM ROSTOCHII  
ET STARGARDIAE DOMINVS,

SVECICI SERAPHINORVM ET POLONICI ALBAE  
AQVILAE ORDINVM EQVES AVRATVS,  
RECTOR ACADEMIAE GRYPESWALDENSIS,

MAGNIFICIS ACADEMIARVM  
RECTORIBVS ET PRORECTORIBVS  
PATRIBVSQVE CONSCRIPTIS

ET CAETERIS

LITTERARVM FAVORIBVS AC CVLTORIBVS  
FAVOREM ET OFFICIA.



*Singularis est litterarum, quin ipsius quoque per has  
optime florentis reipublicae, felicitas, ea quam  
diutissime vigere novisque in dies incrementis ampli-  
ficari loca, quae variis artibus formandis perficien-  
disque eorum, qui supra reliquum vulgus hominum ad publicos  
quoscunque usus eniti cupiunt, ingeniis condita olim sunt ac  
sapienter instituta. Etenim plurimae haud raro existunt,  
quibus officinae litterariae valde solent agitari, temporum  
conversiones et fortunae, res egregias quasque saepissime pre-  
mentis, varii ac graves casus, id quod earum fere uniuscu-  
iusque annales, etiam qui alia forte ratione sapere non didi-  
cerit, quemvis poterunt edocere. Ut profecto, quum aliquot  
praesertim per saecula adhuc durare inveniuntur, insigne  
sortis, vel potius divinae virtutis, beneficium esse, omnino  
fatendum sit.*

*Est, cui in reliquarum numero eximiam hancce felici-  
tatem gratulari licet, inclyta Pomeranorum Regia Academia  
Grypeswaldensis, utpote quae MCCCCLVI. a Duce WAR-  
TISLAO IX. primum condita, licet variis per tot saeculorum  
decursum fatorum fuerit exercitata vicibus, nunc tamen,  
et futuro quidem die XVII. mensis Octobris, qui eiusdem  
nata-*

natalis est, atque hunc aliquot excepturis, trecentessimum  
aetatis suae annum, et tertium nunc repetenda faustae dedica-  
tionis sacra, gratiis Deo, summo rerum statore, agendis  
caeterisque, quibus potuerit, festissimis gaudii significatio-  
nibus, maxime vero fundendis pro augustissimi Regis sui toti-  
usque imperii Suo - Gothici perenni salute ac flore devotif-  
simis precibus, meditatur celebrare.

Quam igitur auspiciatissimam celebritatem pro ea, qua  
hanc Academiam merito complectimur, arctissima officii amori-  
que necessitudine, non potuimus, quin Vobis, Viri Doctif-  
simi, uti decet ac mos est, litteris hisce significarem, nihil  
dubitantes, immo summo etiam contententes opere, velitis  
pro communi illo, quod eruditos eorumque societates inter se  
devincit, humanitatis atque aequitatis officio, saecularia  
istaec sacra et tantam Gryphici Athenaei felicitatem publico  
iudicio ac sociatis votis excipere ac prosequi. Quam certe  
vestram humanitatem, quoties exoptata rei illius exstiterit  
occurrit, favore ac studio adnitemur agnoscere cumulatissime-  
que referre.


Grypswaldiae, sub Sigillo Academico,  
d. x. Augusti Anno c1010ccclvi.

**A**gite iam, CIVES ACADEMIAE OPTIMI, et litteratae hu-  
ius civitatis perpetuam salutem ita precibus vestris com-  
mendate, ut si ratas habuerit eas Deus, et habeat ratas! re-  
bus ubique secundis florens conferuetur ipsa et digna saeculis  
fama celebrior semper exurgat. Vos vero, CIVES NOSTRI  
STVDIOSI, qui forte ad sacra ista solennia propius acceditis,  
praesentesque iis, vicinia loci reique et novitate et dignitate  
allecti, intereritis, monemini praesentibus, ut si vnquam mo-  
destiae vos humanitatisque studiosos praebueritis, isto in loco  
eoque tempore tales vos exhibeatis, quo Academiae huic ex  
vestra praestantia compositoque ad laudem vivendi genere,  
honoris multum existimationisque accedat.


P. P. sub Sigillo Rectorali  
Dom. xvii, post Trinit, A. R. S. c1010ccclvi.












IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tracta a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & tran custodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-